

altare novum nomine et vice perpetuae vicariae in ecclesia cathedrali Misnensi ad laevam portae versus meridiem ubi aditus patet contiguum muro *gegründet haben, und die Dotation dieser Vicarie mit Einkünften und Zinsen in den Dörfern Remsz, Oberkunersdorff, Salhawsen, Hermsdorff, Nasse Bele, vom Rathhaus zu Wurzen und in Helwigisdorff nunmehr zum Abschluss gebracht worden sei, damit der Vicar oder dessen Capellan täglich eine Messe lese und für die Stifter und alle aus dem Geschlecht der von Schonbergk Verstorbenen zu dem allmächtigen Gott bete.* Insuper idem vicarius in aliqua universitate approbata studere tanto tempore debet, quousque magisterii aut doctoratus vel in altero iurium baccalariatus gradum adeptus fuerit, ubi ipsi vicario suffragari volumus libros, quos ex Italia una nobiscum detulimus et pro dicto vicario capitulo ecclesiae nostrae Misn. fratribus nostris tamquam tutoribus praesentare fecimus, qui pro ipsius vicarii studio ipsi eos sibi tradant, ita tamen, quod aliquis de genealogia Schonbergensium cirographo fideiubeat capitulo, ut libri ipsi iterum praesententur et sic a vicaria non alienentur. Sunt autem hi libri: item Decretales, item Sextus Decretalium cum aliis in uno volumine, item Clementinae, item Instituta, item Panormitanus super secundo Decretalium, item idem super tertio Decretalium, item Johannes Petri de Ferrariis, item Remissorium iuris optimum cum aliis collectis doctorum in eodem, omnes in magna forma. Item quoddam Registrum quod incipit ‚*abbas extra monasterium*‘. Item Breviarium Decreti cum ceteris, item Repertoria super certos titulos una cum decisionibus rotae, item Lectura super secundo libro Digesti veteris una cum multis consiliis doctorum, item Lectura una super secundo libro Decretalium, omnes isti in minori sunt forma. *Der Vicar soll übrigens bei dem Altar eine Tag und Nacht brennende hängende Lampe unterhalten und an die ewigen Vicare der Domkirche jährlich 2 Schock zahlen, dagegen aber mit diesen an allen Vertheilungen von Präsenzgeldern Theil haben. B. Dietrich bestätigt diese Stiftung* non solum ut ultimarum voluntatum generalis executor, verum etiam ut confundator mit allen daran geknüpften Bedingungen Kraft seines bischöflichen Amtes, verleiht den hierzu bestimmten Zinsen alle Rechte der Kirchengüter und verfügt, dass der Vicar des Laurentius-Altars allen übrigen ewigen Vicaren gleichberechtigt sei. Collationem vero sive ius patronatus dictae vicariae iuxta mentem fundatorum pertinere volumus semper ad seniore[m] ex genealogia ipsorum de Schonbergk in Reinspergk, Sachsinsbergk, Schönbergk et Newnkirchen habitantium, si vero quod deus avertat omnes de hac luce migrarent, ad seniore[m] illorum de Schonbergk in Bursenstein, ab illis vero ad seniore[m] de Schönbergk de illa genealogia sive nomine Schonbergensium ubicunque habitantium devolvi volumus, nec volumus dictum ius patronatus cum bonis hereditariis quovis modo alienari aut vendi — immo in perpetuum apud genealogiam illorum de Schönbergk permanere debere. Collatio autem fieri debet in hunc modum, quod ipsa vicaria vacante primum et ante omnia uni conferri debet ex genealogia ipsorum de Schonbergk et non alio. Quodsi in hac genealogia nusquam est, tunc uni ex genere illorum de Heinitz, et si iterum in hoc genere habilis non est, tunc uni ex genere illorum de Caris, quod si iterum non, uni tunc ex genealogia ipsorum de Honszbergk, et deinde semper proximo primo generi dumtaxat conferri debeat. — Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum et actum Stolpenn etc.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 1159. 1471. 15. Dec.

*P. Sixtus IV. bevollmächtigt den B. zu Meissen den Dr. Georg (Gregor) Heimburg dessen Bitte gemäss bedingungsweise vom Banne loszusprechen.*

Sixtus episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Misnensi salutem et apostolicam benedictionem. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate personis post excessum libenter se propitiam exhibet et benignam.